

4
2
SYNOPSIS
CANONICO-CIVILIS

COMPLECTENS

Testamentum & ultimas Voluntates,

Illustrissimo ac Excellentissimo
DOMINO

D. CAROLO
DITTRICH
MARCHIONI

Serenissimi Electoris Palatini, Principis de
Sulzbach S. R. I. Archi-Thesaurarii &c. &c.
Consilario, Cubiculario intimo, supremo
Aulae ac Statuum Moderatori & Mi-
nistro primario &c. &c. &c.

PATRONO SUO OBSERVANDISSIMO

OBSERVANTISSIME NUNCUPATA

à
D. Bernardo Josepho Antonio Frommarz, ex Hambach, SS. Theologiae
ac Jurium in almâ universitate Colonienfi & Aquisgrani Candidato

PROPUGNATA

Pro Exercitio Juridico

Aquisgrani Die Julii 1740

217

CA...

...

...

DOMIN...

D. CAROL...

D. F...

M A T H D O N I...

...

...

...

...

...

...

...

...



ILLUSTRISSE AC EXCEL-
LENTISSE MARCHIO,

AD Sublimitatem Virtutis Tuæ Theses suscipe provolutas; qualem-
cunque enim operam impenderim, ut quid juris pro nunc de ul-
timis moriturorum Voluntatibus in apertum producerem, tesseram hanc
satis humilem, obsequentisq̃ue animi votis cumulatissimam sistere Tibi
omnino DEBUI ac VOLUI. Quandoquidem, quantus Jurium ipse Cul-
tor existas, abundè scio, sciuntque omnes, qui Te noverunt, gratulanturque
celsam Indolem Tuam Justitiæ castissimo hædere junctam, ut summæ
Tibi duxeris gloriæ, Te profiteri æqui Administratorem, quod totus
clamat Palatinatus, pleno jure Tibi devinctus, cunctiq̃ue Ducatus, Di-
tionésque SER.^{mi} ELECTORIS PALATINI circumsonant. At verò
dum raræ Comitatus Tuæ Gratiam olim Parentibus meis exhibitam
perpendo, de præsentis mihi congratulor, futuram gratiam mihi appro-
mitto. Hæc in causa fuere, ut Tibi deberem, atque si nihil Tibi debe-
rem, Disputationis meæ tenuitatem Magni Nominis Tui ornamento,
Præsidióque roboratam nihilominus vellem, cujus sub Auspiciis præcla-
triumphorum

ras sibi triumphorum fasces certò polliceatur; cùm & Te MARCHIONEM OPTIMUM verè de Cœlis S.^m DOMUI SULZBACHNIACÆ datum, Virtutum omnium prærogativa usque ad fastigium Celsitudinis provexerit: si enim EXCELLENTISSIMUM MARCHIONEM D'ITTRE nominaverim tantùm, laudavi satis. ILLUSTRISSE MARCHIO, Tua propemodum divina Virtus, dum Princeps non eras, excoluit Principem Optimum, ELECTOREM POTENTISSIMUM; Tua Discretio intrepida inter nuperrimos temporum sanguinolentorum turbines conservavit Ditiones SER.^{mi} PRINCIPIS Tui, earùmque incolas in optata pace; Supremum Tuam Aulæ ac Statuum Ministerium mundo patefacit boni regiminis continua specimina. Quid ergo mirum, quòd mundus te veluti idæam Gubernatoris perfectissimi adoret? quid Tuâ Prudentiâ splendidius, Moderatione polchrius, Justitiâ excellentius, ac sagacissimæ, in tanta rerum mole, mentis candore illustrius? atque, ut omnia summatim deprædicem, innatum Tibi est, omni Virtute reliquis antecellere, ut ità in uno Te collecta suspiciantur, quæ divisa Egregium undique Virum contestarentur. Sed tam alta Virtus quàm humilis? Emines sanè virtutis more, non turgescente prosperitate fortunæ, sed ideo major, quia melior. Silentium mihi indicit Tua modestia, quâ dum centas præclarissimi Tui Nominis gloriam minuere, eam auges, dum Humilitate interimere, perennas. Unum adhuc mihi restat votum, ut tantùm Te Deus diligat, quantum Tu Jura & Justitias, quæ tantùm diligis, quantum ab illis probaris, dum THESESES has meas ex utroque Jure in contestationem affectûs & subjectionis Tibi oblatas dignaris favorabili oculo suspicere, & clementi manu suscipere. Certò sed serò Te è terris in Cœlum suscipiat Deus.

Ità voceo & precor.

Humillimus Subditus & Servus
Bernardus Joseph. Ant. Frommarz, ex Hambach.



THESES

I.

De Testamento.

Testamentum definitur in lege i. ff. de Testam. Justa voluntatis nostræ sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult, cum directa hæredis institutione. Hoc dividitur in scriptum & nuncupativum: utrumque five cum-five absque juris solemnitatibus spectes, valet in conscientia, donec Testamentum Juris solemnitatibus destitutum per sententiam Judicis sæcularis lite super eo mota rescindatur; qualiter rescindi nequeunt Testamenta privilegiata, videlicet 1. ad pias causas. 2. Inter liberos facta à Parentibus. 3. Militum in expeditione bellica. 4. Rusticorum. 5. Tempore pestis. 6. Testamenta publica, quæ fiunt coram Principe, vel adacta reponuntur: hæc tamen & de his enumeratis, & pro circumstantiarum varietate in sensu accomodo intellecta volumus.

II.

De Codicillo.

Codicillus Testamenti interpretis dicitur à Juris-Consultis ultima voluntas minus solemnis absque directa institutione hæredis: hic confectus, five in scriptis, five oretenus, ordinatus ad profanas causas ad sui valorem requirit 5. Testes vel masculos vel fœminas. Laudat praxis de inferendo clausulam codicillarem Testamento, ut hoc ob defectum cujusdam solemnitatis fortè invalidum, valeat ut Codicillus.

III.

De Legato.

Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda. §. r. in ff. de Legat. Nec profanum corrui corrue[n]te Testamento pio, nec pium corrui corrue[n]te

❁ (6) ❁

corrueute Testamento profano, nisi corruat Testamentum ex defectu probationis de voluntate testatoris. *ob manum testatoris dubiam.* Engels p. 2. l. 4. tit. 14. N. 18 & 19.

IV.

De Fidei-commissio.

Fidei-commissum formaliter sumptum describitur, quod sit substitutio indirecta, quâ hæres Testamento institutus, vel ab intestato veniens, à defuncto gravatur, ut hæreditatem totam vel ejus quorâm alteri tradat. Species seu modi varii Fidei-commissi promovent prolium & Familiarum bonum.

V.

De Donatione mortis causâ.

Donatio mortis causâ est & fit, dum quis intuitu mortis (quæ debet exprimi) aliquid revocabiliter donat, tenendo irrevocabiliter post mortem donantis, & priùs non revocantis. ex §. 1. instit. de Donat. Hæc absque acceptatione Donatarii, vivente adhuc Donatore, inducit naturam Legati.

VI.

De Testatore.

Testator esse potest omnis ille, qui nullo jure testari prohibetur. L. 1. cod. de S. S. Eccles. Obligatio condendi Testamentum per se nulla, per accidens ex multis causis oritur. Jure naturali prohibentur facere Testamentum carentes usu rationis, muti & surdi simul, nihil habentes. Jure positivo prohibentur proles puberes sub *Patriâ* potestate existentes, nisi habeant bona castrensia, vel quasi castrensia, prohibentur impuberes etiam quoad illa, saltem ad causas profanas. Item prodigi à Judice declarati, rei criminis læsæ Majestatis, Proditores Patriæ. Utrôque hoc simul & divino Jure prohibentur testari Regulares, Professi, sicut & Clerici de bonis beneficialibus superfluis certò ad profanas causas, licet tamen his Testamentum condere de bonis patrimonialibus, quasi patrimonialibus, industrialibus & parsimonialibus. Consuetudo contraria testandi de bonis Ecclesiasticis superfluis toleratur, non approbatur. Injustè impediens testari potentem & volentem titulis politicè fictis omnia infringit jura.

De Hærede.

Hæres succedit in universum jus defuncti; necessarius portione legitimâ privari nequit, nisi ex justa causa exhæredandi in linea rectâ, quamvis cum descendentes ascendentes sint hæredes necessarii, hi tamen cedere debent illis, juxta Auth. de hæred. ab intest. §. collat. 9. Hæredes non necessarii veniunt omnes testatori in linea rectâ non consanguinei, etiam frater & soror; hi gaudent falcidiâ & trebellianicâ, nisi testator usum alterutrius, vel utriusque expressè prohibuerit: itâ communior: hæres in certa quota, vel in certa re institutus (modò alius non fit) censetur esse institutus in omnibus bonis Testatoris: §. 7. instit. & L. 1. §. 4. ff. de hæred. instit. cum onere solvendi Legata defuncti & aliunde debita §. 5. instit. de oblig. quæ ex contr. Jus tamen ei concessit facultatem & tempus deliberandi. L. fin. §. 2. & 14. ff. de Jur. delib. Insuper beneficium Inventarii.

VIII.

De resolutione Testamenti.

Testamentum semel validum resolvitur modis quatuor: 1. Irritatione 2. Destitutione. 3. Ruptione. 4. Officio Judicis ob oppositam querelam inofficiosi Testamenti.

IX.

De Testamenti Executione.

Executio Testamenti spectat ad Executores seu Testamentarios, sive illi sint à Testatore nominati, sive dativi itâ dicti, quia à Judice vel Magistratu dati, sive legales, id est, à Lege determinati; in horum omnium defectu hæres subintrat, qui per censuram Ecclesiasticam ab Episcopo cogi potest ad exequendam Testatoris voluntatem. Si Monachus à suo Superiore Testamentum exequendi licentiam obtinuerit, nec jus, nec ratio sufficiens eum ab hoc munere excludere valebit.

F I N I S.

De Heredit.

Faint, illegible text in the first section, possibly a chapter or section heading.

VII

De Testamento & Testamentis

Faint, illegible text in the second section.

III

De Testamenti Executione

Faint, illegible text in the third section.

FINIS

Faint text at the bottom of the page, likely a printer's mark or publication information.

